



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis**

**Ferdinand <Köln, Erzbischof>**

**Coloniae Agrippinae, 1614**

De proclamationibus matrimonialibus & lieteris dimissorialibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39761**

dæmone sunt extincti, exemplum ijs proponatur, & præfertim illa Raphaelis Angeli verba:

Qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se & sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus; habet potestatem dæmonium super eos. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculum per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea. Tob. 6.

DE PROCLAMATIONIBVS  
matrimonij, & dimissoriali-  
bus notæ.

I.

**F**iant deinde tres illæ tribus diebus festiuis proclamationes publicæ, vt supra notatione 13. ex decreto Concilij Tridentini dictum est.

**II.** Denūciationes eiusmodi nec pauciores nec diebus alijs, aut aliter fieri debent, quàm ab Ecclesia cōstitutum; nisi ex speciali Ordinarij concessione.

**III.** Si desponsati in diuersis viuant parochijs, promulgationes in vtraque fiant parochia, & literæ dimissoriae ferantur ad Pastorem, per quem copulandi sunt.

**IV.** Qui illis diligenter lectis & consideratis vbi nullum intellexerit obstare canonicum impedimentum ad celebratio-

brationem matrimonij in facie Ecclesiæ, hoc est coram Pastore vel alio sacerdote de illius aut Episcopi licentia, & coram pluribus testibus procedat.

**V.** Dentur autem literę istæ tempestiuè quò benè & consideratè examinari possint, & num omnia syncerè agantur liquidò cognosci queat.

### FORMA LITERARVM dimissoriarum.

**N.** Pastor vel Sacellanus Ecclesiæ Parochialis **N.** diocesis Colonienf. Venerabili Domino Pastori vel Sacellano Ecclesiæ Pastoralis **N.** diocesis **N.** salutem in Domino.

**N**otum sit dilectioni tuæ, & omnibus præsentis literas testimoniales visuris, quòd tribus proclamationibus ex more Ecclesiæ Catholicæ in nostro Parochiali templo tribus festiuis diebus factis, de matrimonio ineundo inter honestos **N.** ( **ponatur nomen, cognomen, patria & parentes** ) nostrum Parochianum & **N. N.** Parochianam vestram nemo se opposuerit vel villo modo contradixerit. Quare nõ existimamus vllum canonici impedimenti obstaculum existere, de quo nobis constet, quin legitimè possit dictus noster Parochianus cum vestra Parochiana in facie Ecclesiæ contrahere. Quod omnibus quorum interest aut interesse potest certum esse volumus sub attestatione sigilli nostri consueti. Datum **N.** Anno **N.** die mensis **N. N.**

DE SA-